Universitätsbibliothek Paderborn

# Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

Capita Libri Sexti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

campo iuxta villam Gerisheim ſatis incommodè depoſuit. Ante lucem diei, in dedicatione eccleſiæ eiuſdem villæ, diluculò homines ad matutinarum ſolennia cum faculis properantes, cùm hominem in agro in magno defectu reperiſſent, atque refocillaſſent, auditis his quæ ei cõtigerant, ſatis mirati ſũt. Quarto verò die regreſſus in domum ſuam, ſitum tam locorum, quam ædificiorum, quæ nunquam antè viderat, tam plenè omnibus expoſuit, vt de raptu eius nihil dubitarent. APOLLONIVS: Iam mihi ſatis fateor probatum, tam ſententijs quàm exemplis, dæmones eſſe, multos eſſe, & infeſtos eſſe hominibus. CÆSAR. Vnde conſilium eſt meum, vt cognitis his, non illis *Matt. 25* conſentiamus, ne nos audire contingat: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius: ſed reſiſtendo illis, omnibusque vitijs, audire mereamur cum electis: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.

FINIS LIBRI
Quinti.

# CAPITA LIBRI SEXTI.

*De virtute ſimplicitatis, cap.* primum.
*De ſimplice monacho, qui carnes in caſtro comedendo pecora monaſterij ſui reduxit, cap.* 2.
*De Chriſtiano Decano Bonnenſe, qui Abbati piſa ſagimine condita appoſuit in ſimplicitate, cap.* 3.
*De Godeſchalco monacho, qui in Syberg artocreas in ſagina decoctas ſimpliciter manducauit, cap.* 4.
*Vita domini Enſfridi Decani ſancti Andreæ in Colonia, cap.* 5.
*Vita domini Hermanni Decani Hildeſhemenſis eccleſiæ, cap.* 6.
*De ſimplicitate VVermboldi canonici ſancti Gereonis in Colonia, cap.* 7.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De ſimplicitate Chriſtiani Cellerarij in Bruuuilre, cap. 8.
De monacho de Porceto, cap. 9.
Vita Engelberti cæci, cap. 10.
De domino Petro Abbate Claræuallis, in cuius ſimplicitate aduerſarij eius compuncti, bonis, pro quibus contenderant, renũciauerunt, cap. 11.
De Philippo Rege Francorum, qui in Abbatis ſancti Victoris ſimplici taciturnitate ædificatus, aduerſarios compeſcuit, cap. 12.
De eodem, qui Laudunenſes clericos commendauit ob ſimplicem electi ſui præſentationem, cap. 13.
De eodem Rege ſimplice, qui monachum in Abbatem ſancti Dioniſij promouit, prælatis ambitioſis prudenter amotis, cap. 14.
De ſimplici monacho, cui Fredericus Imperator contulit in Abbatem occaſione acus, cap. 15.
De Abbate, quem Otto Imperator commendauit propter acum, cap. 16.
De Monacho, ſuper quem morientem diabolus acum ignitam proiecit, eo quòd acum ſanus portare contemnerer, cap. 17.
De Abbate, quem incluſa ſimoniacè intraſſe dicebat, eo quòd electionem ſuam antè procuraſſet, cap. 18.
De Mauritio Epiſcopo Pariſienſi, qui ſeipſum ſimpliciter elegit, cap. 19.
De aſtuto Priore, qui perſonam ob infamiam eiectam elegit, ne ſua pars infirmaretur. cap. 20.
De homine, qui ſub typo ſimplicitatis Bonnæ plures decepit, cap. 21.
De homine, qui per ſerpentem punitus eſt in collo, quia dolosè egerat in matrem, cap. 22.
De Præpoſito Pariſienſi, quem Rex Philippus viuum infodi iuſſit, eo quòd mortuo dolosè vineam abſtuliſſet, cap. 23.
De fure à patibulo liberato, & denuo ſuſpenſo, dum ſuum liberatorem iniquè impeteret, cap. 24.
De falſo peregrino iuſto Dei iudicio ſuſpenſo, dum vero peregrino furti crimen impingeret, cap. 25.
De Bertolfo Palatino de Vuettelinbach, cui diuinitus præce-
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præceptum eſt, ut hominem primo ſibi obuiantem ſuſpenderet, cap. 26.
De Theoderico de Erinportze, qui reuoluto anno eodem die, eadem via, mortuus eſt elatus, qua Philippus Rex eius induſtria fuerat introductus, cap. 27.
De Henrico, ratione cuius prebendam obtinuit is, qui eius conſilio à Petro Cardinali fuerat intruſus, cap. 28.
De ſacerdote idiota, qui ſimplicitate verborum ſuorum coram innocentio Papa eccleſiam obtinuit, cap. 29.
De ſimplici oratione Conuerſi, qui minabatur Christo, quia matri eius conqueſturus eſſe de illo, ſi non liberaret eum à tentatione, cap. 30.
De incluſa, quæ Chriſtum quæſiuit in foramine, & inuenit, cap. 31.
De ſimplici ſorore in Kumede, cui in oratione Chriſtus reſpondit, quòd eſſet in ſaculo, cap. 32.
De paſſione ſimplicis Marcanelli, cap. 33.
De paſſione Margaretæ virginis Louanienſis, cap. 34.
De ſimplici concubina ſacerdotis, quæ ſeipſam in fornace extinxit, cap. 35.
De morte Lodevvici ſimplicis monachi, cap. 36.
De morte ſimplicis monialis, quæ capram putabat eſſe feminam ſecularem, cap. 37.